



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Catalogus Abbatum Monasterii Raittenhaslach, ex variis monumentis  
collectus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13591**



cro sancti sanguinis Christi in plenitudine temporum redemptam & consecratam elabi & vacillare videamus, tamen in hoc nostro tempore in quo finis seculorum deuenit, habundante iniquitate multorumq; charitate refrigescente, Deus omnipotens qui nunquam secundum diuitias bonitatis suae humano generi defuit multipliciter nos consolatur, dum nobis in his diebus hominum nõ Deũ sed semetipfos amantiũ multimodis auxiliatur. Deniq; cum propter perseuerantiam malorum, iuxta verba libri dicentis, *Iob* terra tradita est in manus impij Diaboli videlicet magnum Ecclesiæ suæ lumen accendit, dum ordinẽ Cisterciensium qui præsentem mundũ multis virtute calcantes actu & habitu vt passim in domo suaq; etiã ecclesiã luceat exaltauit & dilatauit, Quia verò mediã te diuina cooperatione ad honorẽ Dei pro qualitate collatæ nobis industriæ ecclesiã nostram administrauimus & disposuimus plures nos adierunt doctrinamque profecuti, sua dona conferre potissimũ iudicauerunt. Factũ est diuina præeunte inspiratione q; *Wolfherus* de *Tegernbach*, vxorq; eius *Hema*, filij quoq; eorum *Wolfherus* & *Heinricus* prædiũ suum *Scullingen*, iuxta fluuiũ qui dicitur *Rote Mosenolgen* Deo & *B. Ruperto* contradiderunt, nobis & successõrib; nostris possessioni prouisioni & defensionis ad ordinẽ *Cisterciensium* Monachorũ designauerũt, eotempore vt episcopali traditione omne ius cœnobiorũ nostrorum, in collationib; liberorum hominũ vel ministerialiu nostrorum irrefragabiliter possideant. Nos igitur fratres toto cordis affectu suscipientes, abbatẽ illius *Gerone* nomine consecrauimus & stabilimus, Considerantes autẽ situm loci non esse aptũ illi ordini consilio habito traditionẽ suam fundatori reddidimus, vt concambiu faciendũ firmiter faceremus. Alta itaq; consideratione consilij ad habitationẽ fratru & situm cœnobij ad præfatum ordinẽ seruandum antiquã Ecclesiã nostram *Raittenhaslach*, quæ tunc vacabat, tradidimus, cum decimis dote & familia, oibusq; necessariis, remota parochia, insup & *Tirolsingen*, mansum vnum, cum pascuis cultis & inculcis, quæ sitis & inquirendis, in sylua quæ dicitur *Ampfingeruorst*, areamq; *Scullingen*, quã a Monachis *S. Petri* cambuimus, & pascua porcenæ ex nostra traditione illius in perpetuum assignauimus, & receptũ locum *Scullingen* atq; *Mosenolgen* ad sustentationẽ præfati Abbati & fratrib; reddidim; vt p tẽporalia nostra tempiterna cum ipsis metemus. Confirmamus etiã pontificali auctoritate & baño eisdẽ filiis nostris cum traditione ista oĩa, quæ præfatus *Wolfherus* illuc contulit, siue alij, vel adhuc ab illo siue ab aliis fidelib; conferenda sunt, atq; exinde p̄sens priuilegium conscriptum nostroq; sigillo insigniri volumus, vt tam posteris quã præsentib; hæc fundatio & plantatio nouificetur. Primæ igitur traditionis testes hi sunt; *Hainr. Eps Ratiss. Otto Frisingensis Rom: Gurcensis Guuido* Diaconus Cardinalis *Baldevvinus* Abbas *Salisburgen: Bertholdus* abbas *S. Emmerami Gotfridus* abbas *Admuntiensis* & alij abbates quã plurimi. *Hugo* Præpos. *Bertengadenis, Herbotus* *Deuensis, Gotshalchus* *Bambergen*, alij Præpos. clerici & Monachi multi, *Com. Luttoldus* de *Bleigẽ, Heinr. de Hegele, Albo* de *Wersen, Luttoldus* de *Haberlãd, Meinholdus* *Pincerna, Doringus* de *Dietramingen*, maxima multitudo tam nobilium quã ministerialiu. Secundæ quoq; traditionis, vel concambij sunt testes. *Otto* Eps *Fris. Engelramus* Archidiaconus, *Romanus* Eps *Gurcensis, Hainr. Præpos. Gurcensis. Hermanus* Præpos. *Frisingensis, Luttoldus* Capellanus, *Engelbertus* Marchio de *Ystria. Engelbertus* *Com. de Halle, Hartmannus* & filij eius de *Müldorff: Volckmarus* de *Lichtenstain, Hainr. de Begelen, Engefridus* de *Friesach, Gottfridus* de *Weittingen. Rudolphus* de *Tufenberg* aliq; quã plurimi.

Catalogus Abbatum Monasterii *Raittenhaslach*, ex

variis monumentis collectus.

- I. GER O Auuer ex *Salmersuueil*, an. 1146, præficitur primus Abbas, vixit ad huc an. 1177, ob. Cal. Iun.

II. ADAL-



- II. ADALBERTVS vixit anno 1179. ob. dies ignoratur.  
 III. CONRADVS præfuit anno 1183. & 1184.  
 IV. RICHERVS huius mentionem facit Bulla *Celestini* PP. III. an. 1195.  
 V. CONRADVS II. de hoc liber sepulturarum testatur.  
 VI. BERTOLDVS superfuit an. 1207. & 1212. ob. XVII. Cal. Septemb.  
 VII. CONRADVS III. circ. annum Christi 1225.  
 VIII. DIETHMARVS præfuit anno 1241.  
 IX. WALTHERVS rexit anno 1246. & 1257. ob. V. Id. Apr.  
 X. HENRICVS de *Gunthering* præf. anno 1259. & 1261.  
 XI. CONRADVS IV. præfuit annis 32. ob. VII. Cal. April. an. 1290.  
 XII. RVDOLPHVS habetur in libr. Sepultur.  
 XIII. EBERHARDVS *Vitulus* rexit circa annum 1288.  
 XIV. CONRADVS V. cognom. *Hollenprucker*. præfuit magna cum lau-  
 de anno 1290. & 1304.  
 XV. FRIDERICVS dicitur electus anno 1397. XVI. Iun. literæ testan-  
 tur eum præfuisse anno 1308.  
 XVI. VLRICVS vti testantur literæ præfedit anno 1301. & 1306.  
 XVII. EBERHARDVS anno 1307. electus, rexit adhuc an. 1311.  
 XVIII. HILSINGVS præf. anno 1312. & 1329.  
 XIX. HENRICVS *Olar*, præf. an. 1327. ob. XVI. Cal. Maij. an. 1338.  
 XX. VDALRICVS *Stempfer* Abbas fuit anno 1338. & 1350.  
 XXI. FRIDERICVS *Vischbeck* elig. an. 1350. ob. XVI. Cal. Sep. an. 1356.  
 XXII. IACOBVS gubernauit circa annum 1357. & 1363.  
 XXIII. WILHELMVS *Schraick* sedit anno 1373. in *Salem* euocatus, ibi pri-  
 mus Pontificalia impetrauit.  
 XXIV. ANDREAS *Pfarrkircher Oettingen*. circa annum 1366. & 68.  
 XXV. SEIFRIDVS de *Nürnberg*, rex. anno 1371. & 1375.  
 XXVI. IOANNES, anno 1370. vsque 1379. ex lit. tradition.  
 XXVII. IOANNES *Stempfer*, primus Abbas infulatus multa præstitit ab an.  
 1382. vsque 1407.  
 XXVIII. WILHELMVS an. 1385. abbatiam gubernasse dicitur.  
 XXIX. IOANNES *Zipfler Burgkhusianus* præf. anno 1407. mortuus anno  
 1417. die 14. Aug.  
 XXX. IOANNES *Pflueg* ob. anno 1438. XV. Cal. Ianuar.  
 XXXI. LEONHARDVS *Schellenstein* el. an. 1438. decessit anno 1445. Prid.  
 Non. Iun.  
 XXXII. GEORGIVS *Schnappinger Leonhards* successor, moritur anno 1464.  
 V. Non. Maij.  
 XXXIII. EGIDIVS *Steiner* præficitur an. 1465. ob. an. 1481. prid. Id. Aug.  
 XXXIV. IOANNES *Holzner*, anno 1477. ex *Furstenfeld* assumptus, mortuus  
 est anno 1483.  
 XXXV. GEORGIVS *Lindmair*, fidelis monasterij administrator, decessit  
 an. 1498. VI. Cal. Ian.  
 XXXVI. IOANNES *Gugelt*, moritur anno 1502. XVI. Aug.  
 XXXVII. VDALRICVS *Molfer*, pf. an. circiter 8. ob. III. Id. Nouemb. an. 1506.  
 XXXVIII. GEORGIVS *Wanckhauser*, constituitur abbas an. 1506. resign. an.  
 1526. VIII. Cal. Febr. moritur an. 1542. V. Id. Maij.  
 XXXIX. CHRISTOPHORVS *Fürllauff*, el. anno 1526. VII. Cal. Febr. ob. an.  
 1553. die 18. April.



- XL. SEBASTIANVS *Harbeck Landshutanus* fit Abbas an. 1553, morte subitanea raptus an. 1569.
- XLI. WOLFGANGVS *Manhauser* elig. VII. Non. Maij, An. 1569, ætat. suæ 39. resignat anno seq. abbati *Celle Dei*, 22. Maij. ob. 26. Aug. an. 1594.
- XLII. MATTHIAS *Stosperger* cum optimè præfuisset, ob. an. 1601. die 18. Nouembr.
- XLIII. PHILIPPVS *Percecius*, modernus Abbas elig. an. 1602.

RANSHOVEN MONAST. ORDINIS CANONICORVM REGVLARIVM S. AVGVSTINI.

IMPERATOR Arnolphus Cæsar Augustus, filius Carolomanni Regis Bavarie & Italiae, ædiculam sacram, quã ad preces Wichingi Episcopi Patauiensis, Cancellarij sui, Christo Domino Deoque nostro, & D. Pancratij à fundamentis in Rantenisdorf seu Rantersdorf extruxit, Ellenbrechto Sacerdoti committit ealege, ut ipse quidem pareret Parochia Oetingensi, at post mortem eiusdem, Sacellum in Rantersdorph, posthac foret sub ditione Templi Oetingensium, ubi brachium sancti Philippi Apostoli reconditum referuabatur, & pater Imperatoris Arnolphi Carolomannus Rex Boiorum & Italiae sepultus est. Extatibi diploma Arnolphi, cuius datum Anno 898. anno II. regni, Imperij autem III. Actum ad Reginam civitatem, &c. Sequenti quoque anno, hoc est, Anno 899. idem Imperator Arnolphus duo agri jugera orientem versus, viginti carrucas fœni, molam aquariam in ripa fontis, qui ex cliuo, cognomine Prylo, erumpit, tantum lignorum, quantum opus est & foco & ædificiis perpetuò donat Sacerdotibus, ibidem rem diuinam facientibus. Wichingus superior Episcopus Patauiensis, Cancellarius Imperatoris Arnolphi, Isengrinus Illustris Comes, ministerialis Imper. hæc impetrarunt Sacerdotibus, Extatibi diploma.

ELLENPRECHTVS præfuit huic Sacello annis 22. Obiit Anno 920. post cuius obitum venit in potestatem Oetingensium, sub quorum procuracione & Parochia fuit amplius centum annis.

ANNO 1002. Rantenisdorf, vel Rantensdorf, fuit inter cætera, data do. D. Chunigundæ Augustæ, à D. Heinrico II. Imperatore Romanorum, Duce Boiorum, qui obiit Anno 1024. vxor verò Anno 1039. ambo sepulti Bambergæ in Templum aedificatum, ab ipsis magnificè constructo & dorato. Hunc S. Heinricum primum huius Cœnobij autorem fuisse quædam diplomata testantur.

ANNO Christi 1040. Heinricus tertius, Dux Boiorum, quintus huius nominis, fuit in Boiaria, profecturus in Vngariam, tradit Ducatum Boiariæ Henrico sexto, Nepoti, ex fratre D. Chunigundæ Augustæ: & presentibus sedecim Episcopis (inter quos præcipui fuerunt Theodomarus Archiepiscopus Salisburgensis, Beringerus Episcopus Patauiensis, Nizo, qui & Nicerius Leodiensis Pontifex) Templum D. Pangratij refecit, ampliavit, Parochiam instituit, certisque limitibus ultra & citra Oenum distinxit, decimasque omnium rerum, piscationum quoque & venationum donavit, quemadmodum in privilegio scriptum legitur. Præfuit ea tempestate Parochia Sacerdos quidam, nomine Hantus, primus Parochus, Is administravit Ecclesiam S. Pangratij annis 20. Obiit circa Annum Christi 1060.

HANTO, quem quidam cum primo eundem esse putant, secundus Parochus fuit, tempore Ottonis, Ducis Bavarie. Is Otto è Bavarie pulsus est ab Hainrico IV. Imperatore, Duce Boiorum, eius nominis septimo, Anno 1070 successitq;